

inter quæ Diogenis Sinopenfis, quem Canem Græci cognomi-  
narunt, sepulchrum videbatur. *Alex. l. 3. c. 2.*

Sophoclem tragicum poetam defunctum, sepeliri Liber pater  
iussit, obdientibus Athenas Lacedæmonis, & Lyfandro  
eorum rege in quiete fœpitiis admonito, ut pateret extra urbem  
humari delicias suas. Lyfander ubi intellexit Sophoclem mortuum,  
pacem funeri dedit. *Solin.*

Platonis institutio fuit, ut in agro insecundo, ac sterili sepulchra  
constituerentur: ne viventibus officerent.

Legæ duodecim tabularum, ne in urbe sepelirentur, neve  
urcerent, Romæ fuit sancitum: In urbe ne sepelito, neve  
urito. Existimantur fortè veteres, si intra pomerium cuius-  
quam tumulus foret, huiusmodi feralibus contaminari sanc-  
tium municipiorum jus, pollicue urbis genium, aut terro  
cadaverum odore pestilentiaere affici. *Biodeus in 1. Epigr.*  
*Ulpianus* scriptum reliquit, D. Adrianum penam statuisse  
aureorum xl. in eos, qui in civitate sepulchra fecissent, quam  
fisco inferri iussit: & in magistratibus eandem penam, qui id  
passi forent: quin & publicari iussit locum, & inde cadaver  
transferri. *Cal. lib. 17. cap. 19.* In agris proinde quisque suis,  
aut in fundo suburbano, seu avito, & patrio solo, ex senatus-  
consulto, Cn. Duillio consule, Romæ humari consuevere, cum  
prius in urbe humarentur. In quibus sepelendi licet toto ge-  
neri, & familiaribus jus esset à principio, postea ut in familiam jus  
sepulchri non descenderet, recentiore cura provifum fuit. Fre-  
quentius in Flaminia, aut Latina via, ac suburbis, & anfracti-  
bus viarum, Romanorum gentilitia sepulchra fuerunt. Ibi que  
Calatini, Scipiones, Servilii, & Metelli, aliorumque honestissi-  
mæ familie condebantur.

\* Ovidius in Tristibus canit, Elegia ad uxorem.  
*Offa tamen facita parva referantur in urna,*  
*Sic ego non etiam mortuus exul ero,*  
*Atque ea cum foliis, & anomis pulvere misce,*  
*Atque suburbano conata pone loco.*  
Cella vinaria.

Odeti Foiffici Lotrechii, ducis Gallorum, in Neapolitana  
obfidione mortui, cadaver ex cumulo arenæ refossum, Hispani  
miles Neapolim relatum in cella vinaria recondidit, afu-  
rurum sperans à Gallia pecuniosum redemptorem: sed frustra.  
*Jovius l. 26. biff. & in ejus vita.*

Templo.  
C. Gualicmi Conquestoris Anglorum regis corpus nobiles  
Normanni Cadomum deportarunt. Quod magna exequia-  
rum pompa delatum in templum D. Stephani, quod ipse con-  
diderat, antequam ad sepulchrum daretur, necesse fuit pro se-  
pulchro solvi precium quidam clamanti, se loci illius esse do-  
minum, ubi ea facta ades extructa esset. *Polydorus lib. 9. An-  
glicæ hiff.*

\* Canaculo.  
Olim Moscovitæ mortuorum cadavera non statim terræ  
mandabant, sed fornicato cœnaculo aliquo condita asser-  
bant, exactoque demum anno, terræ reddebant cum lachry-  
mis, & planctu. Mos iste à veteribus Russis emanasse dicitur,  
quorum cadavera adhuc integra propè Kioviam ad Borysthe-  
nem amplissimam urbem conspiciuntur. *Remola, Heidenstei-  
nus l. 5. de Belle Moscovie.*

Respectu Personarum. Cœmeteria.  
Regum.  
D. Saitani Reges suos intra septa templi sepeliebant. *Alex.  
lib. 3. 2.*  
Artemisia Mausolo conjugii sumptuosissimum condidit  
sepulchrum, à quo Mausolea denominari cœperunt regum  
sepulchra.  
Iosephus in Antiquitatibus Judæorum, Danielem Ecba-  
tanis Mausoleum fabricatæ perhibet, in quo Medorum, Persarum,  
Parthorumque reges sepelirentur.  
Macedonum regis Ægis Macedonia oppido condebantur.  
Teste *Plin. & Pauf. in Atticis.*  
Constantinopoli Justinianus Imperator Templum sancto-  
rum Apostolorum extruxit, in quo Imperator, ac sacerdotes  
locum sepulture haberent. *Evagrius l. 4. c. 31.*  
Jona insula veterum Scotorum regum sepulchris clara est,  
teste *Polydoro lib. 1.* Post Macolmus rex Dunelmense cœno-  
bium instituit in regum sepulchram. Balæus de script. *Britan.  
cent. 2. cap. 60.*  
Sunt, qui Lucio regi primo Christiano apud Britannos,  
assignent templum D. Petro positum, extra urbem Londinum

quamvis plerique alii Stigeberto Orientalium Saxonum regi il-  
lad ipsum attribuunt. Hic locus in primis regum Anglorum E  
sepulchris nobilissimus, vulgò Westmonasterium vocatur,  
quod ad Occidentem spectet. *Polyd. lib. 2.*

Regum Hierosolymitanorum Christianorum sepulchra  
locus Hierosolymis sub monte Calvarie. Sic Godefridus  
primus rex, Balduinus frater, sic patruelis hujus Balduinus  
II. teste *Tyric.*

Milium.  
Ceramicus, locus Athenis intra urbem, ubi bello perem-  
ptos sepeliebant, & fanebre orationes habebant, ut Mene-  
cles, & Callistratus in scriptis de Atheniensibus tradunt: sta-  
tuus passim erectis, quæ quo quisque loco occubisset, indica-  
rent. *Ex Thucydidæ Sidas.* Nomen habuit à lateribus costi-  
lulis. Quo alludens Sartyricus, Manitam à sigulis urbem pro  
sepulchro ponit. *Juven. Sat. 10.*

Plebeiorum.  
In Exquilis, vel turba potius, ut Varroni placet, Romæ  
locus publicus erat, quem Plebeios vocabant: quoniam illis  
esset sepulchrum miserae quæ. Quod in Sermonibus Horatius  
significat, & Acron exposuit: nam in eo loco ultrinas f  
fuisse publicas, scribit Porphyrio. Antiqua verò sepulchra in  
puteorum morem solita excavati, non latuit Pompejum Fe-  
stum, unde & inflexum puticalorum nomen liquet: ni con-  
jecter quis, quod inibi computrescerent cadavera. *Cal. l. 10.  
c. 17. Antiq. Leb.*

Servorum.  
Ante Perseum bellum, cum Athenienses contra Æginetas  
profecti, servorum fidei opera uti essent, plebiscito sancitum  
fuit, ut publicæ sepulture honor servis promissus cum domi-  
nis in Academia concederetur: & servorum nomina quoque  
celum nisi incisâ fuerunt. *Pauf. in Atticis.*

Judeorum.  
Judæis in Anglia Londini tantum ager ad condenda mor-  
tuorum cadavera datus erat. Cæterum ab Henrico II. rege  
impetratum, ubicunque degeneret, eo loci agrum sepulture  
suorum assignatum haberent. *Polyd. l. 13.*

Christianorum.  
Christianorum cœmeteria olim ante urbes fuisse, testa-  
tur *Chrysof. sermone de Fide, & lege.* Prosper Aquitanicus  
Episcopus, extra urbem sepultus est, in templo D. Apol-  
linaris. Armenium Episcopum Lucanum extra urbem elin-  
tum, refert *Greg. Tur. lib. 2. cap. 1.* Cæmeteriorum meminit  
*Augufl. epist. 64.* Est & apud Evagrium vox cœmeterii, lib. 1.  
cap. 16.

Turcarum.  
Solent Turcæ sepulchra juxta vias collocare, nec in ullo alio  
loco sepelire licet. Sepulture autem mandant cadavera lota,  
& omni à parte rasa. *Chalcoconylias lib. 3.*

PARICULARIS LOCUS.  
Cujusmodi sunt

Sepulchra. Nempè quæ.  
Quorum fuerint.

Monumenta, inquit, Florentinus, res est memorie causa in  
posterum prodita. Quod si corpus, vel reliquie inferantur, fiet H  
sepulchrum. Auctor Modestinus est Digestorum xxviii. in  
conditionibus humanæ memoriam sepulchra itru coepa: unde,  
cur eadem dicantur monumenta, liquidò perspicimus. *Cælius  
lib. 17. cap. 19. & 20. A. L.*

D. Athanasius Christus in Golgotha, hoc est, in loco  
crani crucifixum putat, quod illic, ex Hebræorum sententia,  
Adam sit sepultus, ut ubi Adam post damnationis sententiam in  
terram fuerat resolutus, ibi quoque abolutionem ferens, è  
terra resurgeret. *Cædr. in comp. biff.*  
Sepulchrum fuit Jesus Christus Opt. Max. per Iosephum, &  
Nicodemum in sepulchro novo, excavo in petra, in quo non-  
dum quisquam positus fuerat. *Mat. 27. Mar. 16. Luc. 13.*  
Isaac, & Imael patrem suum Abrahamum vita funtum se-  
peliverunt in duplici caverna agri, quem ab Ephone Hethæo  
vixit redemerat. *Gen. 25.*

Rachel sepulta est à marito Jacob patriarcha in via Ephratæ,  
quæ Bethlehem est, cum ex parvæ Benjaminii filii obiisset, se-  
pulchro ejus imposuit Jacob cippum, qui etiamnum Cippus  
sepulchri Rachelis dicitur. *Gen. 35.*

Ioseph patriarchæ ossa Israelitæ ex Ægypto deportata,  
A post occupatam terram Sanctam, sepelirentur Sichemæ, in agri  
fundo, quem Jacob à filiis Hemor patris Sichem centum  
novellis ovibus emerat, quique Iosephæ hæreditate cesserat.  
*Josue c. ult.*

Moyfès sepultus est ab Angelis in valle Moabitum, &  
non cognovit homo sepulchrum ejus usque in præsentem  
diem. In valle humilitatis sepultus est: sepulchro ejus igno-  
rato, ne vel idololatrice œculo aliis fieret, vel ambitionis spe-  
ciem præberet. *Mar. lib. 5. cap. 10.*

Eleazarus Aaronis F. pontifex summus Israelitarum, in colle  
Phinees filii sui, qui ei datus fuerat in monte Ephraimitico, se-  
pultus est. *Josue c. ult.*

Josue F. Nun anno ætatis ex. mortuus sepelitur in finibus sui  
patrimonii Thannathæra, in monte Ephraimitico, sicæ ad se-  
pentionem Gaasii montis. *Josue c. ult.*

Jolada pontifex jam senex mortuus, in regum sepulchro  
conditus fuit, propter merita sua erga regem Joram, suum-  
que studium erga veram religionem, tum etiam, quia Jor-  
sabam Joram regis filiam uxorem habuerat. *4 Reg. 12. &  
B. 2. Paral. 24.*

Arcadis, Callistus, & Jovis filii, tumulus Mantinez ad Ju-  
nonis ædem conspiciunt, deportatis eò è Mænalo ossibus ora-  
culi iussu. *Pauf. in Arcad.*

Argis ad ædem Apollinis Lycii sepulchra sunt Lini Apollinis  
filii. Ad Nemei Jovis, est Phoronei regis, & ad forum  
ipsius uxoris Cerdus. Ad fortunæ sanum, est Choræ Mæna-  
dis, quæ Baccham secuta, à Perseo regis Argivorum inter-  
fecta fuit, eumque aliis commune monumentum ad Junonis  
Anthææ sanum, huic dignitatis nomine suum separatim est  
positum. Non longè ab Horarum æde statua videtur Poly-  
nicis Oedipodi F. & eorum omnium ducum, qui ad Thebas  
cum illo ceciderunt. Item Danaï monumentum, & honorarius  
eorum omnium tumulus, qui aut ad Ilium ceciderunt, aut jam  
reduces oppressi sunt. In foro tumulus terræ confurgit,  
in quo conditum ferunt Medusæ Gorgonis caput. Juxta est  
Gorgophones Persei filii tumulus. Ad Cereis Pelasgidis  
est sepulchrum Pelagii Triopæ F. Item æneus cippus, tria  
simulacra sustinens, Dianæ, Jovis, & Minervæ, in quo  
Tantali ossa reponi, condita arbitrantur. Ad Neptuni ædem  
C Argi sepulchrum. Ad gymnasium Cylarabi didum, Licym-  
nii Electryonis F. qui Tlepolemum Herculis filio cæsus est,  
cujus cædis causa Argis exulavit Tlepolemus. Item bacædæ,  
qui placatus Pythicum cantum Delphis cecinit, quo placatus  
Apollo rediit in gratiam cum tibiocibus, cum ante eos  
male odisset propter Martyræ, & Sileri, qui Deum ipsum  
provocant, certamina. In ipso gymnasium sepulchrum est  
Stheneli, & ejus filii Cylarabi: & commune monumentum  
iis Argivis, qui cum Atheniensibus in Siciliam profecti sunt.  
Ad Amphiarati sanum est Eriphytes uxoris monumentum.  
In templo Bacchi Cresii urna fictili Ariadnæ ad ipso Baccho  
condita fuit. Qua ad arcem itur, & Ægypti Filiorum 50.  
capita sunt humana, cum corpora ad Lemam, ubi à filiabus  
Danai interfecti fuerunt, condita sint. Filie enim, quo certum  
facinoris indicium ad patrem desererent, capita absceiderunt  
maritis. *Pauf. in Corinth.*

A Ptolemaide Syria duobus stadiis, ad torrentem Belem  
spectatur sepulchrum Memnonis, habens juxta se centum ferè  
cubitorem spacium, admiratione dignissimum. Est enim  
specie vallis rotundæ, vitream emittens arenam: quam cum  
D exhauserint multe naves, pariter accedentes, locus idem rursus  
impletur. Venti siquidem, quasi dedita opera, convolvunt  
illuc de circumstantibus supercilis arenam itam, utique  
communem: locus autem metallici, statim in vitrum, quod  
susceperit, mutat. Mirabilem quoque illud videtur, quod jam  
conversæ arenæ in vitrum, quæcumque pars in margines  
loci ipsius jacta fuerit, in communem arenam denuo con-  
vertitur. *Josue lib. 2. cap. 9. belli Jud. Strabo vero lib. 13.  
in Troade ultra Ælapii hostia, vel quia diversi Memnones fuerunt,  
vel quia heroibus olim variis in locis cenotaphia extrui sole-  
rent. Cælius lib. 22. cap. 5. Ant. Leb. Memnonides appella-  
tas volucres, Hellepontii narrant ad Memnonis sepulchrum  
statibus diebus quatuordecim advolantes evertere foli arenam, quæ  
circa tumulum pura, & arboribus æquæ, atque herba nu-  
da sit, & eam, collecta pinnis ex amne Ælipo aqua, asperge-  
re. *Pauf. in Phoc.**

Pandionis Atheniensium regis sepulchrum in finibus  
Megarensium extat, in loco, qui Mergi scopulus dicitur.  
Nam Megara olim Atheniensium fuit. Eisdem tamen  
Megarenses etiam intra urbem parentant, propè Hippo-

lytæ Amazonis tumulus, & Tereti regis Thracum. *Pauf.  
in Attic.*  
Sisyphi, & Nelei sepulchra circa Isthmum sunt Corinthia-  
cum: incertum tamen, quo loco. *Pauf. in Corinth.*  
Jolai monumentum Anthedone in Bœotia est. *Pauf. in  
Bœoties.*

Zethi, & Amphionis fratrum monumentum Thebis extat,  
terræ non magnus tumulus. Tumulo Amphionis subjacent  
saxa nulla arte elaborata, quæ Amphionis cantum secuta esse  
tradunt. *Idem ibid.*

Tirefæ vatis, qui in Haliartia è vivis excessit honorarius  
tumulus est Thebis extra Prætidem portam. Item Hæctoris  
monumentum, cujus ossa oraculi iussu ab Irio deportarunt  
Thebani. *Idem ibid.*

A Dio Mæcedoniæ per montanam viam stadia xx. pro-  
gressis, columna est ad dexteram. Super imposita columnæ  
est lapidea urna: in ea Orphei ossa condita esse, regionis  
ejus incolæ dicunt. *Consule Tit. Oracula non intelligit.*  
Addunt Thracas, Lucinias, quæ circa Orphei sepulchrum  
nidos habent, suos viros, quam cæteras, & vocaliores cantus  
edere. *Idem ibid.*

Qua ab arce Pheneatum Arcadum descenditur, stadium  
est, & in edito vertice sepulchrum Iphicli, qui frater fuit Her-  
culis, Jolai pater (Herculis laborum consortem magna ex  
parte fuisse Jolam Græci testantur) qui cum in prima Her-  
culis contra Augeam Eleorum regem pugna, ab Adorisi  
filiis, qui Molionidæ sunt à Molione matre appellati, vulnus  
accepisset, à propinquo Pheneon delatus est: ibi cum Pheneas  
Buphagus, & ejus uxor Promone valde accurate tra-  
starunt, & ex vulnere mortuum sepelirent, & Iphiclo hæc  
etiam ætate tanquam heroi parentare solemne habent. *Idem in  
Arcad.*

Penelopen Mantinenses tradunt ab Ulisse eo crimine dam-  
natam, quod ultro procos interfecisset, domoque exactam, Spar-  
tam prius, deinde Mantinam se recepisse, & in ea via, quæ  
Mantineæ Orchomenum ducit, sepultam, ubi terræ editus ag-  
ger extat. *Idem ibid.*

In septima monte Arcadiæ, sepulchrum est Ægypti Elati F.  
Arcadum regis, qui in venatione illic à sepe serpente ictus  
obiit. Est verò terræ ager lapideæ crepidine in orbem circum-  
scriptus, cujus Homerus etiam meminit, quod fœliciter nullum G  
fuerat nobilium monumentum conspiciat. *Idem ibid.*

In Elicæ, non longè à templo Dianæ Cordacis, ædes est  
non utique magna, in qua Arca, & in ea Pelopis ossa conservan-  
tur. *Pauf. lib. 6.*

Laomedontis regis sepulchrum apud Scæam portam Troja-  
nam fuit, quæ ab eo nomen habuit, Scæa à fenestrate didita,  
quod in ejus erat superliminio. *Servius.*

Megarum in via, quæ ad Prytanæum ducit, Inus sepulchrum  
est, lapidum maceria incinctum, & sponte natis oleis consti-  
tutum. Similiter etiam Iphigeniæ, & Adrafti, & Alæathoi  
Pelopis F. qui Megaram edificavit. Item Corebi, & Orilippi  
Olympionicæ. Ægialei Adrafti F. qui ad Thebas cecidit,  
Pagis in Megarico agro spectatur. Item in montis jugo propè  
Moluridem petram Eurythici, qui ex Attica fugiens Hæ-  
raclidas, eo loci ab Jolao fuit interemptus, & sepultus.  
*Pauf. in Atticis.*

Apud Heraclæam sub Oeta monte Dejanie Onesi F. moni-  
mentum extat: quamvis illud apud se dignè pascit Argivi.  
*Pauf. in Corinth.*

Myccenis olim sepulchrum fuit Atrei, & eorum item om-  
nium, quos cum Agamemnone à Troja reversos in convivio  
Ægillithus occidit. Item Agamemnonis. Tum Eurymedontis  
aurigæ, & Electræ, Clytæmnestræ, & Ægillithus modico inter-  
vallo à muris sepulti sunt. Neque enim digni sunt habiti, qui  
eodem in loco humarentur, quo Agamemnon, ejusque comi-  
tes. *Ibidem.*

Qua Myccenis Argos iter est, ad Ievam Persei monumentum  
heroicum conspiciunt. Ad dexteram deinde in Argivorum  
finibus Thyestæ, quod Arietes vocant, quia ei Ariæ à mar-  
more impositus est. Autei enim vultus agnum fati Atreo  
Thyestæ eripuit, cum ejus uxorem iterum constituendo sibi  
conciliasset. *Ibidem.*

Megarum ab ea arce parte, quæ ad septentriones est, descen-  
dentibus, Alcmenes se ostendit monumentum, proxime ad  
Olympi Jovis ædem. Proficiscentem enim eam Argis Thebas  
in Megarensum finibus in ipsa via mortuum ferunt: inter  
Herculis verò filios dicebantur, ejus cadaver Argosne re-  
portandum, an verò Thebis esset sepeliendum? cum Hercu-  
lis ex Megara filiorum, & Amphyrionis Thebis esse  
sepul-

sepulchra: Respondisse vero Delphicum Appollinem de eare...

Trezepe in foro ad adem Diana Sospite est Pitheli regis...

Thebis spectantur Polynicis, & Eteoclis Oedipi filiorum sepulchra...

Ad Neicum portam Thebarum est Menoceli Creontis filii monumentum...

In Elide, in Parthenia fluvii ripa sepulchrum extat Marmacis equorum...

In Elide in ulteriore Calidei annis parte sepulchrum extat Oenomai...

Icarus undis submersus, dum fugeret Minocem, aestuque maris eiectus...

Neoptolemi Achillis filii sepulchrum Delphis fuit, cui quotannis parentabant...

Fuerunt olim ex adverso llieni sum juxta Hellepontum in Protefilai sepulcho arborea...

Diomedes aves uno in loco totius orbis videntur, in insula nobili Diomedis tumulo...

Ulysses Troja discedens, cum Maronem appellere prohiberetur...

Egypti Beli P. in Patrensi luco Achaja sepulchrum extat in sano Serapidis...

Apud Lacedaemonios in urbe, propè sanum Parcarum, sepulchra sunt Orestis, & Agamemnonis...

mentum est, & quo excurrunt promontorium Tanarium appellatur...

Ajaci sepulchrum in Salamine insula. Pauf. in Attic. In Aegina insula...

In liore Rheateo Seneca tragicus, in Sigæo Achillis tumulus Strabo...

Jenes Homerum, qui in ipsorum liore eger objerat, Athenas trajeturus...

Achimedisi sepulchrum M. Tul. Cic. Siciliae quæstor ignoratum à Syraculanis...

Non longè ab Epidaurò est Melissa duxis Periantri Corinthiorum...

Themistoclis habent Magnetis amplum in foro conditorium. Dereliquissimè...

Alcibiadis sepulchrum in Melissa fuit, ubi quotannis bes immolatur...

Cum sub muris Haliartiorum, bello Bœotico, occidisset Lyfander Lacedaemonis...

Aristidis Justitumulus extat in portu Phalere: quem ei, cum non sumptum...

In agro Corinthiaco trans Afopum Eupolidis Atheniensis Comœdiarum...

Pindari Lyrici monumentum Anchedone in Hippodromo fuit.

De Euripidis sepulchro evariat historia: in Macedonia id statuit Plinius...

Nicoelis Tarentini citharædi celeberrimi monumentum in via, qua Eleusinum iter...

plethra sunt Theodectis Phafelitis, & Mnesithai medici clarissimi.

Hippocrates Cous, medicorum princeps, vita sanctus est apud Larissas...

Stefichori apud Canatenfes Siculos monumentum diligenti quadam ratione...

In Marathonis campis tumulus est Atheniensium, qui in pugna contra Perfas...

Tunc enim primum ferri stipendia fecerunt. Scorum vero monumentum est...

Proximè Cheroneam est commune Thebanis sepulchrum is, qui in acie contra...

Post pugnam ad Plateas gestam, cum ex Lacedaemonis xxx. tantum occubissent...

Aristomenes Melenius, vir fortissimus, Rhodi exul apud Damageturum obiit...

Athenis in Academia, gymnasio extra muros, clarissimorum virorum sepulchra...

Spartæ ex adverso theatri est Pausania, qui Platzenfi prælio imperator fuit...

In Ponto circa Heraclæam portus est, Amyco Berybrum rege interfecto clarus...

Ad Orientem Magi obtinent Passagardas castellum, in quo Ciry Perfarum regis...

In pugna ad Mantineam commissa Epaminondas Thebanus faucibus excæce relatus...

tuic, donec æquatium vidit pugne exitum. Inde cum amota manu animam ellasset...

Grylli Xenophontis filii tumulus Mantineæ spectabatur cum equestri statua...

Sam in via, quæ ad Junonis ducit, Rhadines, & Leontychi sepulchrum est...

Extat in Alopecis Atticæ bustum Anchimonii, juxta Herculis templum...

Leone Pontifice à Normannis capto, Pallantis Romæ corpus stupendæ magnitudinis...

Filius Evandri Pallar, quem læuca Turri Miliis occidit, mole sua præcet hic.

Corpus Numæ regis ex præcepto ejus, ut fama est, non cremaverunt...

Tres Pompeii, pater, & duo filii, diversis mundi regionibus sepulti sunt...

Terra regis Lybæ: si tamen ulla regis. Quid mirum toto si spargitur orbis jacere...

Dedit Cesar Augustus M. Antonio, licet hosti, dedit & Cleopatæ reginae sepulchrum...

Tomiani Scythæ Ovidio poetæ vita defuncto, collata è publico pecunia...

Alboini regis Italici corpus, perfidia uxoris Romundæ interfecti, sub scâla palatii...

Alboini regis Italici corpus, perfidia uxoris Romundæ interfecti, sub scâla palatii...

Mahometi pseudo propheta sepulchrum in Mecha Perusid urbe locatum terrea arca inuifitur à Turcis, ut Christiani Hierofolyma. Totus Oriens hoc colit, ac veneratur. Cufp.

Herculianum Perunum Epifcopum cum Totila exercitus interfecit extra civitatis mania ignominiose projecit: Christiani pietatis affectu compulsi, propè mania civitatis cadaver ejus cum infante quodam sepelierunt. Greg. Papal. 5. Dialog. cap. 14.

Volterrius patriarcha Aquilejenfis, cum fpectata vir fanctitatis fuiffet, post ejus mortem marmorea arca, in qua ipfius corpus conditum fuerat, aliquamdiu nullo adminiculo fulta in aere pependit. Nos eam vidimus uno tantum angulo humo hærentem, inquit Sab. lib. 5. de vet. Aquil.

Clodoveus Francorum rex, bello Vigothico adem Petri, & Pauli (quæ nunc Genovefa est) in suburbano Lutetia Parifiorum extruxit, ubi & sepultus est. Ex eo tempore Lutetia arx caputque regni cepit haberi. Emil. l. 1. ex Turonens. l. 2. Hifp. cap. 43.

Ad v. ferd milliar. propè pagum Walheim vulgò dictum, B cernuntur in loco edito, & ab omni parte conspicuo tumuli duo terrei, rotundi, & fastigiati, gramine veltiti, & arbutis inducti, quos cum manu aggestos judicemus, videbantur ad Romanorum posse referri tempora. Illos siquidem tumulos ejusmodi extruxerunt, quos & Cippos vocabant, ut militum fuorum, qui in acie occubiffent, reliquias tegerent, passim testantur historia. Sic apud Tacitum Germanicus Cæsar, claudis Variæ reliquias condi curavit, & ipfemet primum exstruens tumulo cespitem posuit, gratiffimo in defunctum munere, & præsentibus, inquit ille, doloris focis. Arab. Ortelius. 4. Joan. Vivanus in Itinerario.

In monumento Hildegardæ matris, quod Metis erat, Mediomatricum urbe, sepultus est Ludovicus Pius Imperator in basilica S. Arnolfi, non sine celeberrima exequiarum pompa: Drogone fratre suo, quem Metensem Pontificem, ipse, dum viveret, creaverat, iusta perfolvente. Cufp.

Arthurus rex Britannorum ad Humberum amnem crudeli strage interempto, Guanora ejus uxor sterilis, in castris capta, Picis prædæ cecit, in Hærefia (hodie Angulia) sepulta in agro Nigel, non procul à Deidono oppido, Femina monumentum ejus ut pestilentem locum abhorrent, quod solo calcatu sterilitatem inducere credatur. H. Boet. l. 9.

Piil. Pontificis, qui Ancona deceffit, præcordia exalta in templo divi Cyriaci recondita fuere. Corpus decreto Patrum subsecutusque ipfius, relatum Romam est, & in cella divi Andree sepultum ad Vaticanum. Campanus in ejus vita.

Quibus non confingere. Ægyptiorum regum nullus, qui fidi pyramides in sepulchra condidit, in illis sepultus est. Nam partim nimii labores in operibus absumpti, partim crudelitas regum, & insolentia ita populum compulere, ut erucum ar dissiparent corpora, aut eiecissent ex monumentis. Quæ ex re domesticis mandarunt quidam, ut fua corpora in loco vilibus obsecrari conderent, quod effugerent fœviam plebis. Diod. lib. 1. cap. 5.

Urnæ, Loculi. Sepulchras defunctorum Æthiopes Maerobii diverfas ab reliquis faciunt. Salientes enim corpora, gypfoque inducentes, & pictura ad vivum exornantes, inque vasis vitreis nuda condentes, fuprà columnas ponunt. Ita per vitrum defuncti corpus afficitur, quemadmodum fcribit Herod. lib. 3. quod D Cnidius Cretas improbat. Ait enim, falli corpora, fed nequam in vitro nuda condi. Uti enim, ideoque corrupta non poffe fpeciem fervare, fed fituque aureas cavas fieri, in quibus mortuos ponant, vitro circumposito. Quo fit, ut in locis fuperioribus fita, circumstant vitro, imago aurea defuncto fimilis reddatur affpicientibus. Et hæc ditorum sepulchra esse affirmant. Tenuiores, argenteas imagines ponunt, inopes vero fidiles. Vitrum abunde, cum plurimum fiat in Æthiopia, omnes habent. Diod. lib. 2. cap. 5.

Æthiopes ditorum monumenta ex auro, tenuiora ex argento faciunt, inopes autem fidilibus vasis sepeliunt. Alex. lib. 6. cap. 14.

Mycerinus Cheopis F. Ægyptiorum rex, cum filiam unicam excellenter aliquo genere sepeliret, quam ceteri, fecit ligneam bovem vacuum, quam cum inaurasset, in ea filiam sepelivit defunctam. Neque humo bos hæc condita est, fed ad Herodoti ufque memoriam in propatulo fuit in urbe Sai, apud regiam, in conclavi quodam exornato deposita: cui fingulis diebus omnifarii odores inferuntur; noctibus autem perpetuo

incensa lucerna ardet. Effertur è conclavi quotannis, quoniam patrem oraffe dicitur, ut defuncta quotannis solem femel in- E tueretur. In altero contiguo conclavi imagines fiant concubinarum Mycerini: fiant enim colossi, id est, grandia simulacra, circiter viginti, è ligno fabricati, nudi plerique. Sunt, qui de hac bove, & colossis hæc fabulosa referant: Mycerinum amore filia fua captum, vim ei intulisse: deinde illam, cum præ morere se fufpendiffet, patrem in hac bove sepelisse, matrem autem manus ministrarum, quæ filiam patri prodidiffent, præcidiffe: & nunc earum hæc esse simulacra ejus mali, quod vivæ passæ fuiffent. Herod. lib. 2.

Balæares lignis membra defunctorum incisa, in vas coniciunt; fupràque saxa accumulunt. Diod. lib. 5. cap. 6.

Condebant Prisci corpora, vel arcis lapideis, vel fidilibus, cum fupbri tunica: quia nudum jacere cadaver, pro flagitio erat. Alex. lib. 2. cap. 2.

Memorable est, quod historia fecunda Thucydides prodit, arces fuiffe ex creffo, quibus eorum efferrentur ossa, qui in bello fuiffent cafi. Id folitum fieri, & ἄνθρωποι θανάτου, quod putredinem arbor nefciat. Confirmat fidis hiftorica, in qua quædam materis præter cæteras arboris nitore maxime valet æternus. Cæf. lib. 25. cap. 2. A. L.

Romani veteres defunctos sese fidilibus dolis condi maluerunt, sicut M. Pythagorico modo, in myrti, & olæ, atque populi nigra foliis. Plin. lib. 35. cap. 22.

CUR CAUSA

Necessitas.

Et hæc propriè hujus est loci, quam non tam in patiente quàm in agente consideramus, cum fecundum Diogenem illud. Factoris fit, qui ad cadaver sepeliendum fupervivens, vel invito cogat.

Vidimus Luxemburgi in Francifcanorum cenobio post summum altare in capulo ligneo, coque aperto, corpus ipsium adhuc fat integrum Joannis regis Bohemæ, ejus, qui Luxemburgi dicebatur, quod ex incendio veteris Cenobii, de quo fuprà diximus, huc translatum ferebatur. Erat hic filius Imperatoris Henrici VII. ac pater Imperator Caroli IV. Aug. qui anno Salutis 1348. dum Francorum regi militat adversus Britannos, in prælio occubuit. Arab. Ortel. 4. Joan. Vroian. G in Itinerario.

Honoris.

Vide locum, honores cadaveri mortuo collati. Cadavera ebullientia, fivo apparentia. Monftri speciem habet, quod referunt quidam, ejus tamen rei oculati testes. Est propè pyramides Ægypti locum quemdam, ubi mensis Martio infinita hominum multitudo quotannis convenit, ut videant apparentia è sepulchris, & paulatim emergentia cadaverum membra, putà manus, pedes, capita; & rursum sub terram fe abscondere. Est autem locus iste montofus, duobus milliaribus à Nilo, olim sepultura destinatus. Fit autem ea apparitio præfignofa sub finem Martii, incipiens ad vespere diei Jovis, & ad ufque Sabathi diem perdurat, quo omnia demum evanescunt. Confirmat eam rem plurimum auctoritate P. Canonarius in Medit. hifp. cent. 1. cap. 73.

Confule Titulum de Apparitionibus Spirituum, Dæmonum præfignis, &c.

CADAVERA NON CONSERVATA. H NEMPE VEL

ABJECTA.

Confule locum ignominia, que mortuis inferitur, vel à sepultura prohibendo, vel ignominiose sepeliendo, vel sepultus refodiendo, cineres diffipando, diffidendo. Huc referri debent tantumratione curæ, que cadaveri nulla impenduntur.

Lotophagis, & Ichthyophagis nulla sepulchrorum habetur cura, fed defunctos in mare proiciunt: partem referre arbitrat, igni, terra, vel aqua abijmantur. Alex. lib. 3. cap. 2. & Rhodig. lib. 9. cap. 42.

Æthiopes ad certos annos vita exacta, diverfo funguntur fato, exanimæque corpora vel in flumen deiciunt, vel vitro operata: ita ut integra fpectentur, & posteris fpectaculo fint, affervant. Alex. lib. 2. cap. 2.

In Hierofolymitana obfidione partim fame, partim feditio-nibus

nibus innumeri intra urbem perire. Et primò quidem sumptu A publico jubebant mortuos sepeliri, cum fætores ferre non poffent: deinde quod non fufficiebant, in valles eos ex muro præcipitabant. Quas circumfens Titus, ubi plenas cadaveribus vidit, altamque fanctam theatris corporibus defluentem, ingemuit: & extensis manibus Deum teftabatur, factum illud fuum non esse. Jo. eph. 1. 6. 11. belli Judæici.

Archidamus Agefilæ F. rex Laacedæmoniorum, Tarentinis in Italia fuppetias ferens, in pugna interfecit, sepultura: honore caruit, ira Apollinis, quem offenderat, eò quod Phoenicibus, qui Delphicum templum diripiunt, auxilio fuerat contra Thebanos. Pauf. in Lacon.

REFOSSA.

Ex Tit. Ignominia mortuo cadaveri illata, huc quedam pertinent. CONSUMPTA, ABSUMPTA AB Igne.

Vide Tit. Hereticorum pena ignis, Hominiibus Devorata. B Vide Tit. Antropophagorum.

Esse donum Afatica Scythia populorum mos erat, parentum funera cantibus profequi, & proximorum congregatis cæcibus, cadavera ipsa dentibus lanare, peccudumque carnisbus mista comedere, ac capibus auro incinctis pro poculo uti, quæ auctore Plin. 4. ultima erant pietatis officia. Her. tamen in 4. dicit, illis parentum capibus non loco poculi, fed simulo lacro ufos esse, immolantes illis quotannis majores hostias multis cum ceremoniis. Polyd. A. 3. c. 10. de Invent.

Narrat Bensio, cum Indi pures Hispanos trucidassent, eos tamen fuis aptos negasse, nisi, quod carne exfucca, & arida essent: dices aliquot macerentur. Quamvis aliam causam suggerat, videlicet, timere Indos, ne carnes Hispanorum, qui summi eorum hostes in vita fuerant, corporibus suis comestæ ali- quod damnum adferret. Lib. 1. hifp. novi Orbis c. 23.

Indi Padai occident fenes, & quosumque in mortuum incidentes, atque illis vefcutur. Herod. l. 2. Indi Callatæ pat- rentibus suis vefcutur defunctis. Igne comburere illos, piacularibus ducunt.

Massagetis nullus vita terminus propofitus est: verum ubi quis admodum confensit, cum convenientes proximi quique cognati immolant, & cum eo pecudes aliquot, quarum carnisbus pro epulo coctis vefcutur. Quod genus obitus apud eos beatiffimum habetur. Morbo extinctos non edunt, fed terra operiunt: calamitatem esse judicantes, quod immolationem non sint consecuti. Herod. l. 1.

Derbicum (est Persica gens) hæc fuit confuetudo, ut parentum & afinium, qui fuccubuerant, corpora comederent, & maxime pietatis, & honestatis munus hoc esse putarent. Alex. l. 3. c. 2.

Sidonens parentes devorant, excepto capite. Nam hoc inaurant. Erasm. in Adagii. Hyberni cadavera fanguine junctorum, convocatis ameis omnibus, lauto convivio parato consumebant: & plurimum de cadavere pervorasse, laudi dicebant. Alex. l. 3. c. 2.

Polythecus faber Colophonius ob fuprum Chelidoni il- larum, filium Ilym in frusta conciffum, & coctum ab Ædone uxore & à Chelidone ejus forore imprudens devoravit. Antonius Liberalis ex Bæfornit bogia.

Apollodorus Cæfendensium dux tyrannidem occupaturus, Calimelem adolefcentem mactavit, cumque coquo Leoncomeni coquendum dedit: is viscera hominis cocta conjuratoribus epulanda appofuit. Quibus vefcentibus, & fanguinem vero permiffendo atrum effluentibus, corpus eis offendent, fœcleris communionem fidem conjurationis firmans. Polyanus l. 6.

Bellis. A feris difcerpta, devorata. Oritarum gens mores, & inflituta reliquis Indis confimilia habet, uno excepto, quod eis peculiare vix fidem capiat. Obuentium apud eos cadavera, cognati nudi & lanceas geftantes in fylvam aliquam efferunt, atque ibi vinciunt. Post id vefcimenta omnia, & totum fanguis apparatus diripiunt: relicti corporibus, ut à feris devorentur: raptas veftes con- dunt, ac loci ejus genio facificant. Inde omnes domum re- vertuntur. Diod. l. 17. Biblioth.

L. B. Theatr. vitæ Hum. Tom. II.

Cafpi feptuagesimum annum excedentem fame perimunt, in folitudine manque illum exponunt, eventumque longius E profpiciant: felicem putant, quem ab avibus è lecto diltra- hi confpiciantur: contra, fi à feris, & canibus, quom miferi- mum: fi à nullo profpexerint inficari, infelicem ducunt. Bonfin. l. 1. Dec. 1.

Hyrcani, canes pro sepulchris habuerunt, qui feopulchrales dicti funt. Hos affluenti canis nutriebat, & fuos quilibet canes nutriebat in vita, à quibus mortuos laceraretur. Atque hoc eximium, & folemne putabatur funus. Clo. x. Tufc. quæst. Barcheis (quæ apud Colchos gens est) agnatos morbo extinctos, velut ignavos, & degeneres tradere igni: in bello autem absumptos, tanquam fortes, & strenuos obicere vultu- ribus, mos erat. Alex. l. 3. c. 2.

Brachmanes, Iberi, Taxilli, cadavera defunctorum vultu- ribus exponebant. Alex. l. 3. c. 2.

Onelicitus fcribit, Bactrianos fenio, morbo confectos, canibus ad hoc ipsum alitis, quos feopulchrales vocant, adhuc vivos exponi folitos fuiffe. Bonfin. l. 1. Decad. Quod, ut divus Hieronymus est testis, cum Alexandri præfectus Nicanor emendare voluiffet, penè amiffit provinciam. Polyd. l. 3. c. 10. de Invent.

Hunc ex lege fervant Persæ feopulchra ritum, nudata ut F carnibus ossa per campos difperfa jacere velint: quod in arcem, urmanque mortuos condere, vel terra obruere, haud quaquam fas esse putent, & Ignem Deum fuum mortuis inquina- ti credant. Si non statim advolassent avæ, hominem fuiffe in- quinatis moribus judicant. Si quam celeriter devoraretur, beatum eum putant: & ejus animam pro Deo colebant.

Viliores homines quando in morbum incidere, adhuc fua- ramen exportant: & panis frustum cum aquæ potu, & baculo, quo fe à belluis tuerentur, fi poffent, apponebant, Agathius l. 2. 4. D. Hieron.

Partii honestiffimum feopulchrum vulgò avium, & canum laniatius putavere: nudeque tantum ossa, quæ fuperebant, ter- ræ mandare affueverant. Alex. l. 3. c. 2.

Pæones defunctorum fuorum corpora in flumina deicie- bant, ut à pifcibus & aquatilibus confumerentur. Alex. l. 1. c. 2. ex Herod.

Sub Dio expofita. Mirum, quod de Artanici Infulis fcriptum reliquit ex Gyrardo Abrahamus Ortelius, tabula 10. in Theatro orbis. Nempe hominum cadavera nunquam putrefcere, ideoque G non humari, fed acri exponi, & incorrupta fervari: immo avæ, atavosque fuos mira animadvertione, longamque fua ftirpis feriem cognoscere.

Idem mos est Indis quibusdam occidentalibus in Comagra, ut Maiffæus fcribit. Reguli, inquit, hujus penetrare ingreffu Hispani, cameram reperunt penfibibus repletam cadaveribus, golphinis funibus appensis. Interrogati, quid fibi vellet fu- perftitio? parentum, avorumque Comagria Reguli cadavera ea esse, inquit. Quorum fervandorum maximam esse apud eos curam, & pro religione eam pietatem censent. Pro cu- jusque autem gradu, indumenta quæ cadaveri impofita, auro, gemmisque fupernitexta fulgent.

Cadavera contumeliose habita. Vide Locum de sepultura, Tit. Sepulchri Violatio. Titulo isto comprehendimus eos, qui præter morem à fua gente receptum mortuos trahunt, Cambyses Ænæfi Ægyptiorum regis corpus feopulchro eratum igni excuffit, ignomi- nie causa, cum nec Ægyptii, nec Persæ cadavera combure- re solent. Apud Græcos hæc legitima cadaveris cura fuiffet. Ergo quod uni genti ignominiosum est, alteri honorifi- cum exiitit. Mores igitur quarumlibet gentium confideran- di erunt, ut mortuorum contumeliam, de quo in præfentia loquimur, cognoscamus.

Laniatum Cadaver ignominiosè. Besti Bactrianorum præfecti, qui Darius ad Arbela ab Alexandro victum ceperat, & interemerat, corpus concium fundis hinc inde diffipatum est, à Darii regis confanguineis, quibus ab Alexandro virus traditus fuit. Sab. l. 8. c. 4.

Bonifacii VII. Pp. corpus Romani, ut terra mandaretur, paffi non funt: fed in Lateranensi platea projectum, à quovis lanceis, nemine prohibente, confodiebatur: tandem clerico- rum beneficio, populari traditum fcribitur feopulchra. Antonius.

Ludibris effectum Cadaver. Cleomenes postquam ab Antigono victus esset, ad Ptole- maum Ægypti regem fugiens, à Nicamore falsò apud regem accusatus, in carcerem cum aliis conjunctus est. Inde facta B eruptio.

eruptione, omnes mutuis vulneribus concidere. Rex vero A Cleomenem mortuum pelle nudavit, & cruci affixit. *Plut.* M. Craffo aurum ei Partis infusum mortuo, ut quo vivus pro avaritia non poterat, vel mortuus auro fatiaretur. *Joseph.* 1.14. c. 13. & *Sob.* 1.7. *En.* 6.

Ruffini caput pilo Constantiopolim deportatum fuit, & abscissa manu dextera ad dedecus infatiabilis avaritiae ostiatum stipem emendicavit. *D. Hieron.* in *Epist. Nepot.*

Manuel Graecus Imp. an. 1180. moriens, Alexium filium annos tredecim natum tutore Alexio Protosebaftho instituto reliquit. Alexio vero Latinos immodicis honoribus prosequente, Graeci indignati, vetera contracta ob facorum differentiam odia incitarunt, atque Andronico Manuele patre ex Ponto evocato, ipsum Alexium adorti de medio sustulerunt, atque inde faventes animis, impetum in omnes Latinos fecerunt. Ceterum primae injuriae monachis, & sacerdotibus factae. Joanni subdiacono, legato pontificio, caput abscissum, atque ad contumeliam caudae immundae canis appensum. Mortuorum cadavera sepulchris impij violatis per vias crudelissimae, ac fœdissimae tracta. *Ex Choniata, & Gualier. Archiep. Tyrio.*

**B Sig. 1. 14. regni Ital.**  
Joannes Leidenfis rex Anabaptistarum cavea ferrea post mortem impositus suspenditur. *Steidan.* 1.20.

*Obiectum feris cadaver ignominiosè,*

Quinque Reges Amorrhai, qui urbem Gabaa obsederant, eò quod cum Josue fœdus inissent, à Josue profugati, & è spelunca, in quam sese abiderant, extracti, mox in crucem sublato occidente sole in eandem speluncam insepulti fuerunt abjecti. *Josue* c. 10.

Rex Hai urbis in crucem actus à Josue, sub occasum Solis de cruce demissus, & ad portam oppidi abjectus est, ingenti lapidum cumulo aegre, qui etiamnum extat. *Josue* c. 8.

David Goliath gigantes Palestinæ singulari certamine à se victi caput amputatum Hierofolymam intulit, corpus ejus volucris, & feris dilaniandum reliquit. *1. Reg.* 17.

Absalon à Joab polemarcho Davidis tribus jaculis transfixus, & in vastam voraginem fuit insepultus abjectus: congeio super eum ingenti fœdore cumulo. *2. Reg.* 18.

Jezebel regina uxor Achab regis impia, sepultura caruit, C ejusque cadaver in agro Jezraelensi, ubi Naboth interfici curaverat, canes dilaniarunt, & tanquam stercus sub dio computrui. *4. Reg.* 9.

Legimus, ut iam *Regum* quam *Paralipomenon* narrat *historia*, undecim annis regnasse in Hierusalem Joakim filium Josia, & regnasse crudeliter, & extitisse impium, & postea mortuum, nec tamen ejus sepultura narrat. Nisi quod interfectum à latronibus Chaldaeorum, Syriae, Ammonitarum & Moabitarum Hebraei narrat *historia*. Unde *4. Reg.* 24. mortuus sepulchro, sepultus taceat. In libris *Dierum* legitur, vinetum canis, & ductum in Babylonem: nec ultra quid refertur de eo. Pulcrèque propheta dicit, sepultura asini cum sepeliendum, ut aliis verbis significet insepultum, hoc est, à bestias, a vibusque lacerandum. Hæc est enim asini sepultura. *Hieron.* 1.4. *com. in Hierom.* c. 21. & *Joseph.* 1.10. *Antiq.* c. 8.

Jafon impius, qui insepultus abjecerat multos, ipse illamentatus, & insepultus abjectus, nec propriam, nec peregrinam habuit sepulturam. *2. Machab.* 5.

Zelozæ, Judæi seditiosi, Hierofolymis Ananiam, & Jesum pontifices, qui populum ad vindicandam libertatem contra Zed

loas ad hortati fuerant, auxilio Idumæorum interfecerunt, & insepultus abjecerunt. Sic & Nigram Peraitam, qui contra Rom. præclara gesserat facinora, quamvis supplicentem de sepultura, eam se ei concessuros negantes, crudeliter interemerunt. Prohibebant quoque, nequis interfectis, vel lacrymis profectui auderet. *Joseph.* 1.5. c. 4. & *2. Belli Jud.*

Aristocrates Arcadam rex, pecunia corruptus à Lacedæmonis secundo bello Messenico, suis auctor fuerat, ut fugerent à Messeniis. Qua fuga Messeniam, omne propemodum exercitus robur auferunt, Aristomenes Messeniorum dux cum reliquis ad Lycæum montem fugit, & ab Arcadibus benignè exceptus, de occupanda noctu Sparta, Lacedæmonis in diripienda Era occupatis, consilium suum exposuit, Aristocrates in codicillis ea omnia exarata, Anaxandro regi Spartano per Servum misit. Quam revertentem cum literis Anaxandri Arcades intercepterunt, & in concionam productum lapidibus obruerunt, atque insepultum extra fines abjecerunt. *Paus.* in *Mess.*

Phocion, vir sanctissimus, & fortissimus, ab Atheniensibus

in carcere cicutam bibere coactus est, & decreto cautum, ut cadaver ejus extra Atticam deportaretur, neque ullus Atheniensium ejus sepeliendi causa ignem accenderet. Conopion itaque vespillo cum extra Eleusium deportavit, & igne apud Megarem quandam accensa cremavit. Megarica mulier (à qua ignem petierat) unam cum ancillis adfuit, inaneque tumulum aggressi, & parentavit: ossa in sinum reposuit, noctuque domum portavit, & apud focum deposuit, inquis: Apud vos, dii penetrates, has viri reliquias depono. Vos cas patriso busto reddetis, ubi Athenienses respiciunt. *Plut.* in *Phoc.*

\* Initio Belgicorum tumultuum, quidam Nauta occisi militis Hispani cor excidit, & summa aviditate dentes immisit. Gustatum autem canibus devorandum præbuit. *L. Beyerl. in Chyon.* circa annum 74.

*In aquas præcipitatum Cadaver.*

Tib. Gracchi, qui à Scipione Nafica oppressus est, cadaver, Senatus in Tiberim præcipitari iussit, & omnium eorum, qui eum fuerant secuti. Quinetiam C. Graccho & Q. Fulvio, L. F. Opimii Coss. armis cæcis, a morum corpora, & aliorum, qui in Aventino, & in fuga cæsi sunt, ad tria millia numero, in Tiberim sunt projecta. *Sab.* 1.1. *En.* 6.

*Exußum Cadaver per ignominiam.*

Fuit apud Britannos aliquot seculis in summa veneratione D. Thomas Cantuariensis, ejusque corpus inclufum erat theca, gemmis, & auro supra modum exornata. Rex autem Henricus VIII. anno Salut. 1538. illum exemit, & reliquias corporis incendit.

\* Huldricus Zuvingius hærefiarcha, qui adversus Ecclesiam Catholicam tempore Lutheri insurrexit, dum Tiguresis excitasset adyersus quinque Cantones Helveticorum, & jam ad manus ventum esset, cum pluribus aliis Catholicæ Religionis desertoribus trucidatus fuit. Cum enim à duobus Catholicis in faciem pronus adhuc spirans, & ignotus inveniretur, & illi, num peccata sua confiteri vellet, percontarentur, & vocem non ederet, alius, qui eum noverat omnis hujus disensionum auctorem, & factiosus caput, tanquam vita indigno, jacenti vulnus infixit lethale, ex quo mortuus fuit. Itaque recognita, G publico judicio sistitur cadaver: causaque indicta ille tanquam proditor judicatus est, & velut hæreticus in cineres combustus. *Johan. Cod. inter Al. Lutheri anni M.DXXXI.*

\* Ita nuper anno videlicet M. DC. XXIV. M. Antonius de Dominis ex Archiepiscopo Spalatenfi in Dalmatia, factus Apostata, & novus Hærefiarcha, postquam ad Ecclesie gremium rediisset, velut ingem dolofo cineri supposito conservans, inventus est in Urbe pro erroribus, quos damnavat, ascendens multa adhuc machinaria. Igitur vinculis traditus, febre extinguitus est, dum interea processus adversus illum infortius terminatur, & tanquam hærefiarcha condemnatur, cadavere ipsius unam cum libris in Campo Floræ combusto, & in cineres redactis: qui in Tiberim projecti mox fuerunt.

*Sepultura prohibita.*

Michaelem Palæologum Cæsarem Græcum (ob restitutum suis ingens nomen, Magnum vociatum) quod concilio Lugdunenfi Græcum Ecclesiam subiectam Romanæ sedis professus esset, Græci sacerdotes mortuum arcere sacra sepultura. *Æmil.* 1.8.

*Refossium Cadaver ignominia causa.*

Josias rex Judæorum sepultura Vatum Baal in montibus posita, omnia diruit, & ossa in aris Deorum combustis, ut eas profanaret, ex Domini præcepto. Unius tantum fali prophete Bethel sepulchrum non diruit, quoniam cum illo humatus erat verus propheta, is nimirum, qui Jeroboam regi prædixerat fore, ut ara illa & sacella, que extruxerat, à Josia rege quodam post annos 361. diruerentur. *4. Reg.* 23.

Jolas Antipatri F. Cassandri frater, Alexandri Magni pincera, cujus ossa Olympias projecisse ferunt, quasi venenum Alexandro misisset. *Plut.* in *Alex.*

Cum Cylon Theagenis foetri sui potentia, & opibus fretus ad tyrannum dem aspiraret, & arcem munitionem Atheniensium occupasset, eam tamen cibarium inopia prefam, cum fuga sibi noctu consulisset Cylon, recuperavit Atheniensis. Eamque ob tyrannidem, & Cylonis memoria, atque universa posteritas penitus excinderetur, omnem Olympiam gentem migrare jussit: & eorum, qui in Attica sepulti essent, ossa eruta extra patriam eici. *Thucyd.* 1.1. & *Plut.* in *Solone.*

Amasis

Amasis Ægypti regis cadaver refossium fuit ab Cambyse Perfarum rege, eo quod sibi petenti filiam in matrimonium ejus loco Nectim filiam Aprii regis à se interfecti misisset. *Amasis.* *Herod.* 1.3.

Constantinus Copronymus reliquias Sanctorum partim tertra obruit, partim demerit, partim in cineres redegit. Euphemiam corpus alii crematum, alii fureturum, alii in mare cum loculo demeritum dixerunt. *Zonaras tom. 3. Paulus Diacon.* 1.22. *Revum Rom.*

Theodora, seu Irene, hortatu Theodori Episcopi, cadaver Constantini Copronymi Imp. refossium, publicè cremari iussit, & cinerem in mare jactavit: propterea quod imaginum cultum abrogasset. *Sab.* *En.* 8. 1.8.

Constantinus Imp. uxorem Bagrani patriciæ, post multos annos eo eogit ossa ejus in monasterio Choras effodere, & afferre, & in pelagum, quo condemnati solebant, abicere. *Zonaras tom. 3. Diacon.* 22. *Revum Rom.*

Sergius Papa Formosi corpus è terra erutum, in fellam Pontificiam induto ipsi ornato fidei otiali, collocari, capite truncari, digitis mutilari, & tandem in Tiberim proci jussit. Aliquo post inventum à piscatoribus corpus in templum

**B** relatum est: quod imagines in aditu ejus collocata, adorasse feruntur. *Platina.*

Henricus IV. Imp. à filio Henrico V. imperio exutus, cum vel in acie ad Coloniam captus, vel in medio belli profretum procipti Ledii obiisset: & Leodienfis præsul, qui partibus ejus faverat, cum tumulo in monasterio quodam honorificè condidisset: Paschalis II. Pp. Leodienfis ad unum Ecclesie recipere noluit, nisi prius Henrici corpus defoderent, & absque omni sepulture honore in profanum locum deponerent. Inde corpus Henrici Spiram delatum, ubi mandante Pontifice in lapideo busto extra Ecclesiam ad quinquennium stetit inhumatum. *Orisgergensis Vincent.* 1.25. c. 17. & *Crantz.* 1.5. *Sax.* c. 24.

Posteaquam Henricus V. Henricum IV. patrem imperio spoliavit, missis in Italiam legatis, Viggbertina & Henriciana hæresis damnata est. Cadavera Schismaticorum, in primis Viggberti, Ravennatis Episcopi, quem Henricus IV. Papan fecerat sub nomine Clementis III. jam annis sex tumulati, prociuntur de sepulchris, & ab ipsis ordinati, usque ad Concilium generalis satisfactionem, & ordinationem suspenduntur. *Crantz.* 1.5. *Saxon.* c. 12.

**C** Karcutus ab Alphrico Eboracensi præfule, & aliis instigatus, cadaver Harald regis Anglorum effossium tumulo Westmonasteriensi, capite truncati, & in piscinam proci jussit: quod piscator postea fœna sua extractum, Danis dedit, qui id Landorice in cœmeterio humavit. *Mulmesburienfis.* 1.2. c. 74. *de Anglorum rebus.*

Stetonis junioris Sveonum regis corpus jussu Christiemi II. Danorum regis refossium, & crura, & brachia ignes femiulla, in terrorem provincialium transmissa. *Olaus lib.* 16. c. 45. *Septem bis.*

Bonifacius VIII. Hermanni cuiusdam corpus, apud Ferrarienses, exhumari mandavit, ac comburi, habita de ejus hæresi inquisitione. Hanc è Fratricellorum secta fuisse crediderim, quorum secta tum maxime invalerebat. *Platina.*

Braccius Perusinus, Italie ducum non postremus, à Jacobo Caudolo Pontificis duce ad Aquiloniam cæsus est. Pontifex Martinus II. cadaver exhumari, & ossa solo spargi jussit, D quod infestus Ecclesie insectator, hoc est, Pontificis Gallo-

rum partes fovens hostis fuisset. Anno Sal. 1424. *Braccius* 1.1. *belli Hisp.*

Dantes Florentinus, poeta gravissimus, cum seripisset opusculum de Monarchia, impium ab Ecclesia minime dependere: ejus rei gratia tanquam hæreticus, post mortem damnatus est, cum aliorum, tum Bertoldi Jurisperiti sententia, *super lege 1. ff. de inquirendis reis.*

Himæl Sophus Perfarum regis Taurisio occupato, sepulchrum eximij opis, quo avunculus Jacappus morte Perfarum conditus fuerat, everit, ossibusque dispersis, & abrafis tota urbe ejus titulus, quod dolorem paternæ caris expiaret, ac justa perfoleret, parentis manibus, omnem illius memoriam abolavit. Hardellum enim Himælæis patrem Jacappus interfecerat, mecum, ne sub nova religionis prætextu regno infidiaretur. *Jovius.*

Jacobi Pazzii, qui quod conjurationem contra Medices inibat laqueo strangulatus fuerat, cadaver, licet in sepulchro intatum, permiffa magistratus conditum esset, ab irata tamen plebe Medicibus addita, inde extrahit, atque in agro publico *L. B. Theat. vit. Human.* Tom. 11.

ad urbis incenia humatum est. Mox verò ex eo ipso loco illud plebs adduxit, atque eodem, quo fuerat laqueo, vivus suspensus, nudum per urbem tractum in Arnum projecit. *Brutus lib. 5. bis.* Flor.

Julii II. Pp. cadaver refossium, & annulo spoliatum fuit ab Hispanis, in expugnatione Romanæ à Caroli V. exercitu, ann. 1527. pridie Kalendas Majas. *Jovius in Pompejo Columna.*

*Abfque honore funeratum cadaver.*

Joram Judæorum rex impius, cum octo annos regnasset, decessit à nullo desideratus, absque omni funeris honore, in privato loco, non in regum sepulchro tumulatus. *2. Paral.* 21.

In pugna ad Platæas commissa contra Persas, quicumque Græcorum mortem optetere, omnes honore affecti sunt, præter Aristodemum Spartanum, qui ideò caruit honore, quod vivus esse occumbere voluisset, ut ignominiam, quam in turpi fuga ad Termophylas contraxerat, eluceret. *Herodotus lib. 9.*

**F** Ontocriticorum primo scribit Artemidorus: Eorum, qui fibimet laqueo gulam fregere, nomina supprimit à domesticis in mortuorum cenis. Propterea exitum id cuidam præmonstrasse, qui nomen se famiffis somniatur. *Cal. lib. 7. cap. 21. Antiq. Let.*

*Cic. pro Milone.* P. Clodius, inquit, sine imaginibus, sine cantu, sine ludis, sine lamentis, sine funere, sine laudationibus ambuffus, est abjectus.

Domitian Imp. à conjuratis occisi cadaver populari sandapila per villones exportatum, Phyllis nutritrix in Flaviano suo Latina via funeravit: sed reliquias templo Jubæ gentis clam intulit, cineribusque Julia filie Titi, quam & ipsa educaverat, commisit. *Suetonius.*

Imp. Andronicus Michaelis Comneni Palæologi F. patrem Imperatoria sepultura adeo non honoravit, ut ne plebeja quidem dignatus, præterquam quod jussit, ut noctu pauci quidem cadaver proci à castris abductum multa terra obruerent: id modò cavens, ne imperatorum cadaver à feris diceret: In causa erat, quod dum viveret, à recta Ecclesie doctrina defecisset, quod factum filius, etsi patrem adamabat, & pietate filios omnes, atque observantia superabat, ex animo clam oderat. *Gregorius* 1.5.

Matthæum Magnum Vicecomitem Mediolanensem à Clemente V. excommunicatum, filii secreto, ignobiliter in loco tumularunt, celata etiam aliquandiu morte, ne cadaver in adversa fortè belli fortuna, sævi ligati contumeliosi esset obnoxium. Sed eo honore facile carere potuit: qui publico consensu illud prenne, lateque diffusum decus excelsa virtute meruerat. *Jovius in vita Matth.*

Ricardi III. regis Anglorum cadaver sine honore funebri sepultum. Etenim ab Henrico Richemondæ Comite cadaver nudum dorso ejus impositum artibus utrinque dependentibus Læcetiæ sine honore delatum fuit. *Polydorus libro 25.*

Janus Pannonius quinque Ecclesienfis Episcopus sepulture honore caruit, quod cum Strigonienfi Archiepiscopo contra Matthiam Corvinum Ungarie regem conjurasset. *Bonfin.* lib. 3. *Dec.* 4.

*Cædibus, crudelitate, aliisque injuriis affectum.*

Cum Cyrus Perfarum Imp. Sarpagitem interfecisset, mater H ejus Thomyris Massagetarum Regina, vindicabat mortem hoc modo. Conflitu superabat Cyrum, cui caput amputari curabat, & in vas sanguinis humani plenum conticij, hisce verbis: Filii mei sanguinem haustis, & meum civiffi, Cyre, & ego te cruore saturabo. *Teste Herodoto lib. 2.*

Xerxes cafa cadavera visitando invenit Leonidam, & cum adiviffet, quod Lacedæmoniorum dux fuiffet, caput ipsi abscidit, & corpus crati affigi jussit. Ex quo colligendum, quod Leonidas vivus Xerxi odiosus summè fuerit, alias non ita fuiffet in mortuum, Persæ siquidem plus alios heroes fortes & milites amare, & honorare soliti. *Herodotus in Polyonymia* c. 27.

Cum Michydrates Rex Ponti Romanorum ducem Aquilium in bello cepisset, aurum liquefactum ei in guttur infundit curavit.

Simile contigit potentissimo Romano M. Craffo, cum in Partico bello à Pomanate occisus esset, etiam aurum lique-

B 2

liquefactum in os infuderunt hinc verbis: Aurum stitisti, Crasse, aurum ad futuritatem bibe.

Cum Achilles Hectorem occidisset, haud fatiatus morte ejus, traxit corpus ejus cum furore ter circa muros, & postea vendidit illud eximia avaritia Priamo.

Cum Sain Cosrhoes primarius Dux contra Romanos pugnant, grandine divinitus immissa, in bello occidisset, Cosrhoes iratus contra Sain, qui ex multo animi moretore agrotans mortuus esset, corpus ejus sale condidit ad se jussit afferri, quod pluribus reddidit confossum vulneribus. Caf. Baron. Tofaur. Antig. Eccl. Tom. 4.

Tardè tumulatum Cadaver.

Alexander Philippi, & Olympiadis filius, cum Babylone animam egisset, dum ejus praefecti de regno contenderent, triginta diebus inhumatus, carensque sepulchro relictus fuit: donec Aristander Telmiffensis Vates in medios Macedones irruit, & ad eos locutus: Omnes, inquit, omnium seculorum Reges Alexandrum felicitate superasset, tam vivum quam mortuum. Et enim Deos immortales sibi notum fecisse, in quacumque terra requiem ipsius corpus primum esset habiturum, eam felicitate abundantem, & ab omni hostili vastatione in perpetuum liberam fore. Haec cum audivissent, prosequi quae summo studio, diligentiaque anteibat, ut in suum regnum singuli transferrent, & thesaurum possiderent, quasi obfidem firmitudinis imperii, & immobilitatis. Proleptus corpus ejus maxima festinatione Alexandriam deportavit. Sed quia Perdiccas persequi conabatur, impetum ejus astu elusit. Et enim factis simulacro, Alexandri effigiem referentem, veste regia exornavit, & epitaphiis honorificentissimis: Deinde in Persicum cursum imposuit, feretrum ejus magnificè auro, argento, & ebore infudit. At verum Alexandri corpus apparatu tenui, & ut praefens res ferebat, praemisit per vias occultas, & in vias. Perdiccas cum deprehendisset simulacrum mortui, instructumque cursum, omisit persequutionem, ratus se jam manibus habere id, de quo certatum esset. At sero rescivit veritatem, cognovique se fallacis circumventum esse, cum jam amplius persequendi facultas non daretur. Eliam. lib. 12. de Var. lib.

Guilielmo Normanno: Angliae regi, bello invicto, corporis sepultura interdictum fuit. Templum extruxerat aliena in area, nec perolverat pretium domino: qui tunc egens, pompam funebrem, ceterumque procerum nihil veritus, in mediam profectumque regium fenum celebravit, mirantibus cunctis satine sanus esset, se intulit, ita clamitans: Qui regna oppreffit armis, me quoque metu mortis haecenus oppreffit. Ego injuria superffes, pacem mortuo non dabo. In quem effertus istum hominem locum, meus est. In alienum solum inferendi mortui jus nemini esse defendo. Sin extincto tandem indignitatis auctore, vivit adhuc vis. Rollonem condidit, parentemque gentis appello, qui legibus ab se datus quam cujusquam injuria plus unquam potest, postere. Simul incendium, incertum forte, an fraude humana ortum, late domo propinquas, ad eoque factas depascit. Undique ad extinguendum levem flammam concursus fit, circa regium cadaver solitudo facta. Velut manifesta numinis ira terribus Henricus Regis mortui filius, qui solus procerum divelli à feretro non poterat, rem praesenti pecunia fundi domino luit. Ita manes patris, fraude noxaeque liberati. Pietas Henrici, qui minimus natu, filiorum solus funeri patris officium praestitit, Superis cordi fuit. Infelici enim fratrum fato superffes, annos quinque, & triginta in Anglia regnavit, proleque ejus filiae per multa deinceps secula in eo solio sedit. Emil. lib. 3.

Michael Palaeologus Imperator in Lugdunensi Concilio sub Gregorio XII. reconciliatus est Latinae Ecclesiae, & cum suis alta voce symbolum Nicenum canere cepit in signum concordiae. Eam ob rem in tantum Gregorum odium incidit, ut à Monachis & sacerdotibus, Calogeri dictis, sepultura fuerit prohibitus. Cuspin.

Leonis X. studio Henricus VIII. Britanniae rex contra Ludovicum XII. bellum gerebat. In gratiam Galli Jacobus Scotorum rex Angliam invasit, & ad Tylum egestus est ann. 1513. Cadaver ejus Beryicum delatum, diti sepultura caruit: nam ab Anglis, quod Gallis visisset, sancto funeri, sepulchrique honore, & Christianis ceteraemoniis indignus putabatur, adnotabant plerique peccata superiorum regum memoria, Jacobum infelicis potius Stuardae familie fato, quam suo accidisse, quod pater, avus, & proavus eodem potiri regno, atque idem

fortiri nomen, ante diem ferro percipi mortem oppetissent. Sab. suppl. lib. 1. de Jovio.

Loco ignobili, profano, sepultura cadaver.

Joas Judaeorum rex, propter idololatriam à duobus amicissimis in lecto confossum, neque in regum sepulchro sepultus fuit. 2. Paral. 24.

Pena Propheta, qui pacem contra divinum mandatum in domo mali propheta comederat, fuit, quod non fuit sepultus in sepulchro patrum suorum. 3. Reg. 13.

Apud Graecos lege cautum erat, ut qui patrimonium prodederat, sepulchro patrio non humaretur, sed externo. Alex. ab Alex. lib. 6. c. 14.

Augustus Caesar testamento cavet, ne Juliae uxoris filia, & neptris, sepulchro suo inferretur. Sueton.

Regina Scotorum, cum Fergusium III. maritum noctu suis ipsa manibus strangulasset, & mox in cetero populi summo crimine sponte fassa, cultro, quem veste abdidit, se confodisset, sacra caruit sepultura. H. Boerh. lib. 9.

Bracti Perusini ducis fortissimi corpus Roman delatum in profano est sepulchro extra muros urbis ad Laurentii sanum. F. Sab. lib. 1. Ennead. 10.

Odetus Foiffesius Lotrechius, Galliae Regis Francisci I. in oppugnando Carolo V. Caesare, exercitus Imp. cum in Neapolitana obsidione bis incisa vena sanguinem minuire frustra esset conatus, anno 1528. excessit à vita, & absque omni funebri pompa apparatu in eadem villa Aragonii Montali, ubi pratorium fixerat, cumulo arenae tumulatus. Hujus cadaver Hispani quidam impie, atque impudens argutia, rapax, fabulo grutum, & castris in urbem retulit, & in regione, quam Selsariam vocant, recondidit fubterranea in cella, ut venalitiom cadaver aliquem à Gallia pietate, atque reverentia insignem emptorem reperiret, qui redemptum pensio multo auro in Galliam ad Foviae sepulchra referendum curaret. Sed nemo unquam vel propinquorum, qui sepulturae iudicium magnificeret, aurumque venderet, comparuit. Jovius lib. 26. Hist. At ille in vita ejus Hispani emptori Gallo dare recusata ostendit.

Anno 1106. Henrici IV. Imp. cadaver exhumatum, in locum abstrusum reiectum fuit: at post quinquennium restitutum.

Ignominia cadaveri illata poena.

Narrat Pomponius Letus, Cum cadaver defunctae Fabiae conjugis Heraclii efferretur, puellam forte ex fenestra spuisse, & elatum cadaver tetigisse. Ideoque statim comprehensam, Fabiaeque rogo impositam, vivam fuisse exiitum.

De Aaron Amyrante Saracenorum conante comminueri ossa S. Nicolai Myrae Episcopi, tempestate subita represso: & alii à Deo vindicati. Quare locum de Sepultura, & Sepulchris. Tit. Sepulchra violentiam poena.

Marcianus Jurisconsultus in l. 39. monet, lege cautum esse, ne corpus iusta sepultura traditum, id est, terra conditum loco moveretur, aut inquietur. Unde Chilonis Lacedaemonii praecipit laudatur, ut ne corpus iustum qui neces. In aliis iustis. Defunctum ne maledictis afficias, sed beatum praedica. Siquidem turpissimum viro ingenuo cum umbris lucari.

Hinc & Iatronibus annumeratur, qui mortuos spoliat. Aristot. 4. Ethicor.

Injuria etiam defuncto irrogata, haerediti irrogata censetur. H. l. 1. §. quoties 1. 2. D. Jurjur.

Absque ignominia.

Quare supra se vestita.

Apud Indos sepulchra defunctorum nulla sunt: quando virtus, & viri integritas propaganda memoria amplius sufficiat. Cel. lib. 18. cap. 31. A. A.

Albanis mortuorum curam habere, aut meminisse, nefas est. Cum mortuis pecunias desolunt: Idcirco pauperes vivunt: cum patrimonium nullum habeant. Strab. l. 11.

Mahometus Pseudopropheta praecipit, ne quis se sepeliat, eo quod tertia die affumendus esset in caelum. Quod cum ad aliquot dies expectantes, fieri non cernerent, amici ejus nudum eum proiecissent: ut Humbram retulit. Verum Guimbr dixit, eum ab Hali Iorum, & vestibus indutum & sepulchro esse. Vincentius. In Mecha cadaver ejus arce ferrea est impositum, & colitur à toto Oriente. Sabell. lib. 6. Ennead. 8.

Consule Titulum de Funero, Honore, Impietate, Ubi parum nonnulla reperit, lector, quae hic etiam locum habeant. Quamquam etiam in Titulo de Sepultura, & Sepulchris, Mortu, Epitaphiis, &c.

Caduceus.

QUID, ET CUIUS REI SYMBOLUM.

Caduceum esse pacis insigne apud Graecos, caduceatorum quoque nomen demonstrat: sic enim vocantur, qui ad pacem mittuntur legati. Kiprius autem lignum erat rectum, utrinque duos continens serpentes, non eritatos, implexos invicem; ita ut se motu & exadversum intuerentur, quales illi vocant dracoparvus. Perunt id caduceatores, & inde illis injuriam intulisse, maximum habebatur nefas.

Eretrum quidem lignum, & operae orationis recitandum significat: serpentes vero implicati, castra castris juncta nobis innuunt oculatus; quibus se diffidentes conciliata voluntates, orationis ingerit virtus. Cel. lib. 21.

Extretes gentes caduceum, in pacis argumentis, circumdata effigie angium non criftatum fecere: quoniam animal hoc ferum alioqui affat caecum, ita ut innumeri complexu artificum gloriati, salvis faucibus, corporumque spumis in sublimem aertem, Anguinem appellatum, omni specie, quoad victorias litium, ac regum aditus mirè conducere, Druidae Galorum affirmant.

Et parvulus, ramus oleae lana implexus, arborum fructibus, quae acrodia vocant, circumpendentibus, ante januas aedium poni erat solitus in honorem Apollinis. Cuius historiam pluribus exequitur in Equilibus Aristophanis Interpres. Hanc ramum à supplicationibus usu dramis vocabant. Quod in Thefei vita testatur Plutarchus: ubi in Delphino polita ab Thefeo hieretiarum Apollini scribit. Calvus lib. 12. capite 19. Ant. Lib.

EFFECTUS.

Erat autem Caduceus Mercurii virga, per quam Deus ille, medius, sequeterque belli, pacisque inter disidentes significabatur. De quo ita fabulatur Poeta. Quod virgam illam ab Apolline Mercurius accepisset, vicissim Iyra ab illo donatus. Pingebant autem veteres Caduceum in speciem duorum draconum, maris ac feminae, qui parte media suraligantur, & reflexi oscula jungunt. Cuius symboli hanc rationem addunt, quod Mercurius cum in Arcadiam proficisceretur, & virgam hanc manu, inveniret per iter duos serpentes, sive dracones pugnantes, virgaque interposita dicto citius, lucam diremisit, atque in illius rei memoriam, ita praemittitur, Caduceum et formasse.

Effectus varios per hanc virgam Mercurium produxisse: Poeta comminiscuntur. Nonnullos recenset Virgilius lib. 4. Aeneid.

Tum virgam capis: hac animas ille vocat Orco Pallentes, alias sub vestigia Tartara mittit. Das somnos, adimisque, et turbida tranat Nubila. Virgil. lib. 4. Aeneid. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Caecitas. Caeci.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Caecitas Graecè τυφλότης, & cecitas caecus; est oculorum privatio. Et caecus, qui oculis caret, sive juxta Aristotelem, qui visum non habet, quem tamen natus est habere. Hebraei Huvver dicunt, excecavit, oculis privavit. Qui autem altero oculorum orbatur, coecus dicitur, & luscus. Exod. 21. contra communem modum, & usum illius nominis. De quo in hoc carmine:

Luscus in obliquum, sed strabo cernit in altum, Orbis caret orbi, privantur lumine caeci.

CAECI, VEL EXCECATI, QUI LEGES.

Sefostri, vel ut alii appellant, Sefosis, Aegyptiorum Rex potentissimus, & bellicosissimus; post multas res egregie ge-

L. B. Theatr. v. s. e. Hum. Tom. 11.

tas visum amisit. Diodorus Sic. Vide infra, visus restitutus medicamentis.

Hujus filius Pheron, cum pater in regno successisset, eodem oculorum casu afflictus est; sive propter communem patris naturam, sive ob impietatem in Nilum, in cuius vortices medius, cum supra decem, & statimque cubitos agros transieisset, spirituum contorsit, & aeternum oculis captus esse dicitur. Herod. lib. 2.

Anylis rex Aegyptiorum caecus fuit, ex urbe Anylis. Herodotus lib. 2.

Lycurgus à Thracibus (quibus imperitabat) excecatus fuit, quod stremas quasdam sequentes Bacchum, simulata cum Deo amicitia interfecisset. Diod.

Phineus, Agenoris & Cassiopeae filius, vel Agenoris, & Phenicis, vel ut Apollodorus, Neptuni, Paphlagoniae rex, cum optionem haberet, ut vel caecus distitiffimè viveret, vel post exiguum tempus moreretur: caecus consulto à Sole factus, ab Agenoris temporibus usque ad Argonautarum navigationem vixit. Sophocles Cleopatram illius uxorem filiiq; narrat, Boræ, & Orithiae filiam, e qua Phineus duos filios Crambinae ac Oritum, vel Thymum, & Mariandynum suscepit. Postea repudiata Cleopatra, Idaem Dardani Scytharum regis filiam duxit. Ab ea adolescentis accutis, quod stuprum noverce obtulisset, & à patre capitis damnata, tandem ab Argonautis, cognita illorum innocentia, multis barbarorum casibus, & ipso etiam rege obructo, liberati sunt. Non desuerunt, qui ob eam accusationem oculis captos fuisse adolescentis inquam. Indignantem Nepeum, ob eam crudelitatem, illum etiam caecum fecit, & Harpagus immitte. Alii à Jove praecipit, & perpetua fame discruciatum ajunt, cum Jovis canes Harpia vel ex ore comedentes cibum eriperent. Acufilus Argivus, quia cum vates esset, Jovis, ac Deorum arcana mortalibus patefecisset, his supplicis additum scribit. Ad quem profecti Argonautae, perbenigne accepti, pro praemio monstrati itineris in Calchidem, & pro liberalitate hospitali, alios Boræ filios cum fagittis miserunt, qui Harpyas à mensa Phinei depellerent. Quos cum ad Plocas usque infulas, quas alii Echinnadas vocant, infecuti fuissent, atque inde ad Argonautas iterum revertissent, quod illa jurassent se non amplius Phineum infestituras, infule dictae sunt Strophades. Apollonius lib. 2. Argonauticorum, Natis Comer. Mythol. lib. 7. cap. 5.

Constantinus VI. Iconomachus cum matre Irene peregrit profectus, nuncio accepto, natum sibi filium, matre relicta sustinavit Constantinopolim. Mater filium exosa, simul dominantandi libidine mota, ducis donos, ac promissionibus onerata, ut filium jugularet, Assensere omnes, detestati regis crudelitatem, qui ante annos quinque Micephorum patrum ob affectatum imperium obcecaverat, alioque lingua privaverat. Idcirco dum filium nuper natum, cum leonis indiderat mortem pater infelix lugeret, festinantes in regium, solium capiunt, & oculos effodiunt. Ille maternae conumeliae impatiens, praeluctu, & moretore expiravit. Paulus Diacon. Sigebert. & Zonaras.

Joannes Boemerus Rex, caecus, pro Gallis adversus Anglos pugnantis fortiter occubuit.

Joannes Zisa Boemus Trofnoventis, post Venceslatis regis mortem utroque oculo amisso, Sigifmundum Imp. Boemiae regnum haereditario jure repentem, cum exercitu Boeciae regnum in fugam compulit. Orta inter Boemiae proceres, & Pragensem populum discordia, ab adversariis pulsus; ubi se in locum, quem animo rebus agendis designaverat, perducum intellexit, in hostes se convertit, in fugam eosdem conjecit. Pragae obsecit, & quoad superffes vita fuit, Boemiae rerum potius est. Fulg. lib. 3. cap. 20.

Duces.

Belisarius praefectus Justiniani Imp. deletis Vandalis, acto de Perffis triumpho, Italia à barbaris non semel liberata, propter prosperos successus Imperatori formidolosus, & suspectus factus fuit, ac propterea ab eodem oculis privatus. Quo facto utriusque in via frequenti sibi ita tunc, ubi victum à praereuntibus mendicabat, his verbis: Viator da obolum Belisario, quem virtus extulit, caecavit invidia. Procopius, & Crinitus lib. 9. cap. 6. Volat. lib. 23. Anthop. Fulg. & Egnat. lib. 5. cap. 3.

Politi.

Appius Claudius Caecus cognomine, mentis oculis paucum